IOANNIS MESVAE DAMASCENI

*

LIBER PRIMVS,

SEV METHODVS MEDICAmenta purgantia ſimplicia deligendi & caſtigandi, Theorematis quatuor abſolutus: *IACOBO SYLVIO* Medico interprete.

IN NOMINE DEI MISERICORDIS (cuius nutu ſermo recipit gratiam, & doctrina perfectionem) principium ſit verborum Ioannis filij Meſuæ, filij Hamech, filij Hely, filij Abdela Regis Damaſci.

Pia Meſuæ inuocatio. Genealogiæ modus Hebræorum biblijs conſuetus.

PROOEMIVM.

DE CASTIGANDIS MEDICAmentis ſimplicibus purgatoriis mentio à quibuſdam veteribus habita, ſapientes pleroſque impulit in eius rei inquiſitione multam ponere operam: ac de inuentis à ſe multi multa ſcripſerunt, ſed capita tantùm quædam rerum ſparſa, nullaq; Methodo cohærentia. Ob id rogauerunt nos amicorum integerrimi, quorum amicitiæ multa debemus, vt imperfecta & diſperſa huius inuentionis præcepta perficeremus, in opusq; vnum exacta Methodo transferremus. Quorum iuſtis precibus victi, commentarium hunc aggredimur, confiſi auxilio,

Medicamentorũ purgãtiũ, ceu viribus maximorum, ratio habenda eſt maxima. Cauſa propè eadẽ impulit Hipp. ſcribere lib. rat. victus

ac bonitate Dei,qui ſit benedictus.Ergò pie Deus, horũ præceptorum collectionem compoſitionemq́ue fac felicem, qui ex theſauris largitatis tuæ,ſummaq; tua benignitate, omnia fortunas & felicia facis. Opus autem hoc in libros duos diuidemus, quorum priore vniuerſalem caſtigandorum certis quibuſdam rationibus medicamentorum ſcientiam tradемus: poſteriore verò vbi cuiuſque medicamenti purgantis eſſentiam, [ſpecies, delectum,] facultates, caſtigationem particulatim executi erimus, finem faciemus. In hoc autem priore Libro quatuor theoremata, ſeu propoſita docere ſtatuimus.

*

acutorũ: & Gale.therapeuticã Methodum.

Meſuæ pietas.

Methodus eſt in vniuerſalibus, nat.priorib.

Exercitatio in particularibus.Gale.in Meth. & lib.ſimpli.& alibi paſsim.